

Promotor sive procurator fiscalis est

Vir iurisperitus, fidelis, zelo religionis et animae fortitudine conspicuus, quem Episcopus in sua Curia eligit et iuramento adstringit, ut iura Ecclesiae defendat tam in bonorum ecclesiasticorum conservatione, quam in procuranda reorum punitione.

Promotor dicitur Fiscalis

Quia iura fiscalia curat.

Iura Fiscalia sunt

Ea in quibus agitur de publica pecunia vel vindicta.

Patet qualis et quanti momenti est officium promotoris fiscalis:

Quia promotor fiscalis non solum tanquam solers procurator in causa Ecclesiae, debet bona curare, instrumentis et hypothecis tuta reddere, deperdita vindicare, et omni modo providere ne pereant, sed ut augeantur; verum etiam tanquam accusator, impavidus, criminum reos ad tribunal adducere, de delictis convincere, proque eorum condemnatione instare.

Ita procuratoris vel promotoris fiscalis officium necessarium est in criminalibus,

Ut promotor citandus est in omnibus actis quae fiunt contra reum, et si feratur sententia contra reum non citato promotore fiscali, sententia nulla est.

Promotores fiscales certum est

Quod possunt esse plures et revocari possunt.

Cancellarius sive Actuarius est

Notarius Curiae addictus ad acta curialia conscribenda et servanda, ad exemplum notariorum saecularium.

In iudicio debet interveni Cancellarius

Quia non sufficit processus fieri et sententias edi, sed requiritur ulterius, processus et sententias publicam obtinere fidem ac perpetuam gestorum conservare memoriam; at Cancellarius est qui acta in publica instrumenta convertit, ac perpetuo ad fidem faciendam servat.

Cancellarius a cancellaria, et actuarius ab actuarius ab actis nuncupatur; simplicibus notariis praestat:

Quia nedum officium Cancellarius vel Actuarius exercet in actibus privatis et extrajudicialibus, sed etiam in ipsis actibus publicis et iudicialibus.

Notariatus et tabellionatus officium

Regulariter clericis est interdictum, exceptis causis fidei, in quibus clerici possunt hoc officium exercere, si id prius in saeculo exercuerint.

Cancellarius debet esse laicus.

Clerici, etiam presbyteri, ad officium Cancellarii in Curia Ecclesiastica admittuntur.

In criminalibus

Ex inveterata Curiarum praxi et legitime praescripta consuetudine

Tum quia in pluribus soli clerici possunt officium Cancellarii gerere, tum quia clericus magis quam laicus clero acceptus est, ac magis arcanis rerum ecclesiasticarum convenit negotiis.

Magis expedire videtur ut clericus in Cancellarium assumatur,

Opera Cancellarii uti in omni iudicio ordinario; neque debet Cancellarium admittere quem non probaverit idoneum, et quem iureiurando non perstrinxerit ad fideliter suum officium implendum.

Ordinarius tenetur

Cursor sive Nuncius sive Apparitor, quod id sonat.

Ad iudicium concurrat

Qui citat partes, ut ad iudicium veniant, qui processus et actus iudiciales exequitur quique iudicis iussa facit.

Cursor est

Ut personae publicae, et publico instrumento constituendi sunt.

Cursor et Promotor fiscalis et Cancellarius considerantur

Scripto factis et in processu insertis, regulariter credendum est, maxime si iuramento sint vallatae.

Cursoris relationes

### De foro competenti.

A *fando* sive *ferendo* dictum est.

Forus sive forum

Iudicii locus ad quem actor suam fert actionem.

Forus est

Forus proprius ad quem actori competit vocare reum, ut suas experiatur actiones.

Forus competens est

Quia cum reus ad iudicium trahatur invitatus, potestas et iurisdictio necessaria est in iudice trahente, ne reus queat mandatum iudicis spernere.

Ex regula generali, actor forum rei sequi debet:

Reus ad comparandum coram iudice incompetente citatus, sui copiam facere absolute loquendo non tenetur, sin secus, tenetur comparere, et incompetentiae exceptionem proponere, de qua ipse iudex primum pronunciat.

Si incompetentia iudicis certa et evidens est

Sententia a iudice lata non valet, et acta iudicii

Si incompetentia

- iudicis certa et evidens est, pereunt, uti est libellus, citatio, litis contestatio, licet non pereant acta causae, uti sunt probationes.
- Si in aliquo casu plures iudices competentes sunt, In actoris facultate est eligere quem maluerit.
- Iudex competens est *Ordinarius et delegatus.*
- Iudex Ordinarius est Competens in prima aut secunda instantia.
- Iudices tum ordinarii tum delegati et competentes in prima aut secunda instantia, Fas est Principi Onus gerunt audiendi causas, et dirimendi lites eorum iurisdictioni obnoxias; aliter rei efficiuntur criminis denegatae iustitiae.
- Episcopus iure fruitur causam ad se avocare Causam ab inferiori iudice in eo statu in quo reperitur ad se avocare.
- Quilibet ordinarius iure fruitur causam ad se avocare Quoad Vicarium suum. Cap. 56 de appell.
- Archiepiscopus non fruitur iure causam ad se avocare Quoad suum delegatum.
- S. Sedis Legati non habent ius causam ad se avocare Contra suos Suffraganeos.
- Competentia ex duplici praesertim fonte fluit, nempe: *Ex persona rei, et ex natura causae.*
- Ex persona rei, iudex fit competens in quintuplici casu, nempe: *Ob domicilium rei, ob contractum, ob rem sitam, ob delictum, et ob statum clericalem.*
- Iudex fit competens ob domicilium rei scilicet: Habitationis domicilium, quod consistit in loco ubi quis habitat cum animo perpetuo manendi et ubi quis summam bonorum suorum habet, vel saltem instructam domum; domicilium privatum, quod quis praedicto modo habitando servat, aut sibi ad alicuius contractus executionem elegit.
- Ob contractum, iudex fit compe- Quia contractus sunt nedum iuxta solemnitates et leges loci celebrandi sed etiam iudicandi; ibi enim

faciliores sunt contractuum probationes; locus contractus est etiam locus distractus; hoc tamen tunc procedit, cum in ipso loco contrahentes inveniuntur.

Quia ibi facilius est possessionis vel dominii probatio et sententiae executio.

Quia non solum ibi facilius evadit delicti probatio, sed etiam quia iustum est, reum exemplo poenae prodesse, ubi obfuit exemplo delicti.

Solus ecclesiasticus in causis clericorum, quia clericorum personae ab iurisdictione iudicis saecularis exemptae sunt.

In causis maioribus Episcoporum, quia dignitas Episcopalis nulli nisi Summo Pontifici subiicienda est.

Quando causa talis est, ut cuiusdam determinati iudicis cognitionem requirat.

Omnis Ecclesiae historia testatur; solus Papa tamquam Christi Vicarius, et centrum unitatis catholicae sui virtute Primatus harum omnium causarum iudex est supremus, a quo non datur appellatio.

*Causae ecclesiasticae, civiles et mixtae.*

Quae ad Ecclesiam referuntur.

Quae ad civilem societatem referuntur.

Quae sub diverso respectu ad Ecclesiam et civilem societatem referuntur.

Iudex competens est tantum ecclesiasticus, et laicus de iisdem non potest neque licite, neque valide cognoscere, quia iurisdictione caret.

Causae spirituales de fide, de religione, de culto, de sacris ritibus, de censuris, de moribus, et ecclesiastica disciplina; causae quae spiritualibus necessario connectuntur, uti sunt causae beneficiales, causae decimarum ac funerum; et causae sacramentales, quae Sacramentorum administrationem et validitatem respiciunt.

tens in eo loco in quo contractus initus fuit:

Ob rem sitam, iudex fit competens in loco in quo res controversa sita est.

Ob delictum, iudex loci fit competens in quo delictum patratum fuit,

Ob statum clericalem iudex fit competens

Solus Papa est iudex competens

Ex natura causae iudex fit competens

Causae maiores Ecclesiae de fide, moribus et disciplina in genere iudicio Summi Pontificis reservantur.

Causae in specie sunt triplicis generis, nimirum: Causae ecclesiasticae sunt

Causae civiles sunt

Causae mixtae sunt

In causis ecclesiasticis

Causae ecclesiasticae enumerantur, nempe:

In causis civilibus, iudex competens est tantum saecularis, nec ecclesiasticus potest in his se immiscere;

Nam quae Caesaris sunt, danda sunt Caesari. Alexander III in causa cuiusdam matrimonii mandavit Episcopis, ut cognoscerent de eius validitate, et ut quaestionem possessionum temporalium potestati saeculari remitterent. Clemens XIII Curiae Episcopali Tuderti praecepit, ut laicum furti reum ab eadem inquisitum, laico tribunali, nulla interposita mora, iudicandum traderet.

In causis mixtis, competens esse potest uterque iudex, ecclesiasticus et saecularis.

Propter relationem quam habent causae mixtae, ad Ecclesiam, vel ad civilem societatem.

Modi extraordinarii quibus iudex fit competens sunt:

*Prorogatio, continentia causae et reconventio.*

Prorogatio quae licita erat ex iure Romanorum et adhuc licita est ex iure Canonico, tunc fit,

Quando partes mutuo consensu iudicem caeteroquin incompetentem adeunt, ut exortam inter eas controversiam sua sententia dirimat; sed non aliter admittitur, quam si in alium iudicem ecclesiasticum de proprii Episcopi licentia fiat.

Continentia causae tunc datur

Quando in quaestione principali alia incidit quaestio, quae snapte natura ad alium iudicem pertinet.

Reconventio tunc habet locum

Quando reus in iudicio aliquid vicissim ab actore petit ex eadem vel diversa causa, ut si compensationem, vel aliam proponat petitionem a legibus non improbatam.

Iudex in quaestione principali competens ob causam continentiae vel connexionem, etiam in quaestione incidente competens fit, et de utraque cognoscit,

Ut ne causa dividatur, modo iudex sit capax exercendae iurisdictionis in ipsa quaestione incidente, non autem secus.

Per conventionem in ipsa rei petitione iudex fit competens:

Quia iuris est principium: *Cuius in agendo eligimus arbitrium, eiusdem nequimus contra nos in eodem negotio iudicium recusare.*

Ubi plures sunt iudices competentes, vel quaestio in iudicio con-

Ita ut ille debeat de causa cognoscere sub cuius iurisdictione prima citatio fuit, nam per citationem perfectam, iurisdictionis in iudice citante fit perpetua,

et facile alia posterior etiam iudicis competentis citatio, facta praeventionis aut litis pendens exceptione, eliditur.

trovertenda sit mixti fori, locus est praeventioni,

### De libello.

A libello inchoatur.

Iudicium ordinarium

*Conventionalis et accusatorius.*

*Libellus duplex est:*

*Brevis scriptura, qua actoris petitio de facto et de agendi fundamento, clare et distincte iudici proponitur, ab obtinendum quod sibi debetur.*

Libellus conventionalis definitur

*Narratione, causa petendi et conclusione.*

Libellus tribus constat partibus nempe:

Facti propositionem, rem sive quantitatem petitam, nomen, cognomen et patriam actoris atque rei; et insuper ex Iure Canonico nomen, sive officium iudicis.

Narratio libelli continet:

Actionem, quae tamen necessario exponenda non est proprio nomine, ut in Iure Romano, sed sufficit allegare ius in particulari specie actori competens cum momentis rationum et expressione titulorum, die, anno ab actore sufficienter determinato, ut reus de re a se petita recte certior fiat.

Causa petendi libelli indicat

Actoris supplicationem ut reus citetur, et quatenus opus sit, damnetur ad aliquid dandum aut faciendum vel non; nam sententia inde proferenda esse debet libello conformis.

Conclusio libelli refert

*Delatio criminis ad iudicem in scriptis ab accusatore facta, et continens propositum probandi delictum ad criminis punitionem.*

Libellus accusatorius est

Scilicet, narratione, et obligatione probandi delictum.

Libellus accusatorius duabus partibus constare debet

Quia pro poena concludit lex quae nec augeri, minuive potest.

Conclusio non est necessaria in accusatorio libello

Nomen accusatoris, accusati et iudicis, speciem delicti, locum et tempus, quo patratum fuit.

Narratio libelli accusatorii continere debet,

Obligatio probandi oritur,	Tum ex eo quod qui dicit tenetur probare, tum maxime ex eo quod nisi accusator probaret, calumniator appareret, et ut calumniator foret damnandus.
Libellus accusatorius debet esse <i>clarus</i> .	Nam si obscurus sit vel ineptus, iudicis officio reiicitur, et ex Iure Canonico non tenetur reus illi respondere.
Libellus accusatorius debet esse <i>simplex</i> .	Ne sua prolixitate cavillandi ansam praebeat, aut loquacitate iniurias inferat.
Libellus accusatorius debet esse <i>iustus</i> .	Ne plus quam debitum sit, petatur.
In memoriali, quod, in causis minimis pro libello quandoque iudici porrigitur,	Hae conditiones requiruntur, scilicet: claritas, simplicitas et iustitia.
Post litem contestatam libellus mutari amplius nequit nisi expensis omnibus solutis:	Quia per litem contestationem inter actorem et reum quidam fit quasi contractus de lite super proposito libello agenda.
Libellus emendari aut declarari, usque ad conclusionem in causa, regulariter potest:	Quia emendatio libelli substantialia non attingit.
Libellus mutatur	Quando nova proponitur actio, aut nova petendi causa.
Libellus emendatur	Quando resecantur superflua, aut dubia declarantur, aut petitio restringitur.

### De citatione.

<i>Citatio</i> definitur	<i>Actus legitimus, quo quis mandato iudicis, iuris experiendi causa, in iudicium vocatur.</i>
Citatio quandoque <i>in ius vocatio</i> dicitur, sed stricto, citatio a vocatione differt.	Nam citatio reo, aliisque personis, in qualibet iudicii parte iudicis tantum auctoritate fieri potest; in ius autem vocatio habet locum in solo iudicii exordio.
Ad legitimum efficiendum iudicium ex iuris naturalis praescripto, omnino necessaria est citatio.	Nam ius naturale vetat, quempiam inauditum et indefensum damnari.

A pragmaticis dicitur insanabilis, et nullum, eo praeexistente, redditur iudicium.	Defectus citationis,
Liberum est reo comparere, ac respondere per suum procuratorem, nisi fuerit ad personaliter comparendum citatus, quod iudici non licet edicere nisi in quibusdam casibus ex rationabili causa. Cap. 1 et 2. iudic. in 6.	Facta legitima citatione ex iure Canonico
Ut rite reus petitionem actoris cognoscat.	Danda est reo citato copia libelli actoris,
Terminus deliberatorius qui ex Iure Canonico est viginti dierum, et in praxi arbitrarius.	Concedendus est reo
Quae ex aliqua iusta causa publice fit per vocem praeconis aut edictum.	Citatio <i>publica</i> est
Quae fit per nuncium aut cursorem, in personam, aut ad domum citandi.	Citatio <i>privata</i> est
Quae fit verbis per oblationem decreti iudicialis.	Citatio <i>verbalis</i> est
Quae facto constat in rei captura.	Citatio <i>realis</i> est
Quae tribus vicibus est repetenda, ut reus tanquam contumax possit ex Iure Canonico puniri.	Citatio <i>simplicis</i> est
Quae licet sit unica ad effectum, ut reus tanquam contumax possit ex Iure Canonico puniri, aequivalet tribus vicibus.	Citatio <i>peremptoria</i> est
Quando citantur omnes habentes in causa interesse.	Citatio <i>generalis</i> est
Quando unica aut plures personae singillatim et specialiter citantur.	Citatio <i>specialis</i> est
Esse prius per iudicis decretum sancita, per cursorem reo legitime denunciata, ac quoad suam executionem ad acta transcripta debet esse, referre nomen et cognomen actoris et rei, nomen vel officium iudicis ex Iure Canonico, naturam causae, locum iudicii, ac terminum congruum et certum ad comparendum assignatum.	Ut citatio reum non comparentem reddat iudicialiter contumacem, debet
Quia non habet ministros a quibus fiat.	Index ecclesiasticus citatione realis per se non utitur,
Quia inchoandum non est iudicium a citatione edictali, nisi sit necessaria, et fieri nequeat in personam rei vel ad eius domum.	Index ecclesiasticus, citationem edictalem non decernit, nisi ex iuxta causa,

Ut iudex ecclesiasticus decernat edictalem citationem iustae causae forent:

Si citandus cursoris perquisitioni malitiose se subduceret; si locus in quo facienda est citatio non esset satis tutus; si citandus est vagus et incertus; si citandi generaliter forent omnes habentes in aliqua causa interesse.

Ubi citandus habeat domicilium in dioecesi alterius Episcopi aut Principis,

Rogatoria datur epistola, ut per cursorem illius curiae, aut per officialem illius Principis decretum citationis reo denunciatur.

Tam actor provocans, quam iudex citationem decernens, ad actionem in libello propositam, et ad capacitatem standi in iudicio sedulo debet advertere.

Nam si actio nulla competat, vel sit omnino praescripta, vel nomine alterius absque mandato proposita, vel sit alia de causa inefficax, si actor personam non habeat standi in iudicio, vel reus nequeat conveniri, citatio non habet locum, quae etiam facta nullius est iuris.

Legitima citatio, tres praecipuos parit effectus:

Inducit praeventionem favore iudicis citantis adversus alios iudices concurrentem habentes iurisdictionem; infert litis pendentiam cum in citatione ea omnia sunt expressa, per quae reus plene potest instrui de iis super quibus in iudicium convenitur; et interrumpit praescriptionem triginta annorum.

Citatio illegitima non parit effectus;

Nam illegitima citatio neque citatum constituit in mora, neque alios producit effectus, iuxta adagium: *Paria sint non citari, et non legitime citari.*

Si nulliter citatus sponte in iudicium veniat, ipsa citatio ita per eius comparitionem confirmatur, ac si rite facta fuisset:

Quia citatio fit, ut citatus ad iudicium veniat, et per consequens ubi reus praesens adest, cessat citandi necessitas.

Post suam comparitionem nequit amplius reus de nullitate citationis excipere;

Sed tenetur respondere libello, vel terminum ad comparendum petere, licet reus sit illegitime citatus.

### De litis contestatione.

Litis contestatio potest defini:

*Actus legitimus, quo actor coram iudice proponit petitionem suam, reus autem negat se cessurum petitioni, iudicium et litem in se recipiens.*

Litis contestatio fit

Si reus citatus coram iudice compareat, seque actoris petitioni opponat.

Fit contumax, vel in contumaciam incidit.

Si reus comparere recusat

Quia per actoris petitionem, et rei contradictio-nem, litis contestatio perficitur, et tam actor quam reus tenetur in iudicio manere, et iudicatum praestare.

Litis contestatio est fundamentum iudicii,

Iuxta principium: *Qui paratus est solvere non cogitur iudicium suscipere.*

Ex iure canonico nulla est litis contestatio, ubi reus coram iudice comparere pure se debere,

Ubi reus actoris petitionem elidat aliqua exceptione litis finitae, aut exceptione fori declinatoria, vel dilatoria et ubi factum iudici narret, et cum de negotio instruat cum protestatione de non contestanda lite.

Ex iure canonico nulla est litis contestatio

Quando reus expresse contradicit actori ac negat per actorem narrata esse simpliciter vera, aut esse vera prout narrantur, ut si utatur hac formula: *Nego narrata, prout narrantur, et dico petita fieri non debere.*

Litis contestatio expressa est

Quae inducitur ex facto.

Litis contestatio tacita est

Quando fit simpliciter absque ulla conditione aut protestatione.

Litis contestatio pura est

Quando fit apposita aliqua conditione aut protestatione.

Litis contestatio conditionalis est

Quod probatur ex rubrica tituli Decretalium, *ut, lite non contestata, non procedatur ad testium receptionem, vel ad sententiam definitivam.*

Ante litem contestatam regulariter non licet testium depositiones recipere, aut sententiam definitivam ferre;

Nam litis contestatio fundamentum est iudicii; et ante litis contestationem nullum est iudicium, nulla lis.

Ante litem contestatam probationes et sententiae omni debent carere effectu:

Ad instantiam partium, vel ex officio, *terminum probatorium* praescribit.

Litis contestatione facta, iudex

Habito respectu ad locorum distantiam, ad qualitatem personarum et causae. Cum statutus fuit, est peremptorius, licet haec qualitas non exprimat.

Ex iure canonico terminum probatorium est in arbitrio iudicis